



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

17. Certius est posse se castrare propter vitam aeternam, quod legimus fecisse Origenem & multos sanctos attentasse aut desiderasse, quam ob suavitatem vocis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

stineant ne quid horum, peccati instrumentum fiat. At id quidem stultum & irrationabile est & insaniae furorisque plenissimum, peccati causam non aliter auferri posse, arbitrari, nisi un-dique circumcidantur membra omnia, car-tione, qua diximus, truncisque in morem inutile omnino jaceat corpus, quando sic etiam expro-cedentibus imaginibus delusa mens peccet: Ju-stissime proinde à SS. Patribus taxatur & da-mnatur Origenes, quod incontinentiae sedan-dæ causa seipsum castraverit, unde de illo ali-isque ait citatus ante Basilius, qui non intelle-xerunt quod dictum est, sunt Eunuchi, qui se-ipos castraverunt, propter regnum cœlorum, seipos nimis improbe mularunt: ex quibus conseclarium est, explosam jam ante secula illam, quam qui supra Author afferuit sen-tentiam scilicet.

## PROPOSITIO XVII.

Certius est posse se castrare propter vitam eternam, quod legimus fecisse Origenem & multos sanctos attentasse aut desiderasse, quam ob suavitatem vocis.

35. Vtrum-

jam v  
conse  
vitam  
fuori  
aucto  
pecc  
bi ip  
dem  
nem  
eo qu  
corp  
ille e  
refac  
lus v  
ne ac  
cit:  
comp  
hom  
ita e  
muri  
pugn  
de ra

35. **V**Trumq; enim falsum est, tam prius  
quā posterius, tum quia castratio, ut  
jam visum, non est medium conveniens ad  
consequendam, quin potius ad amittendam  
vitam æternam, tum quia nullus est dominus  
suum membrorum corporalium, ut ex  
auctoritate Doct. Angelici ostensum est,  
peccat proinde graviter & mortaliter, qui si-  
bi ipsi membra genitalia, quocunque tan-  
dem prætextu & fine, nisi ob conservatio-  
nem totius præscindit, suique homicida est,  
eo quod membro corporali, animâ totius  
corporis informatâ, vitam tollat, cuius solus  
ille est dominus, qui ait, *ego occidam & vive-*  
*refaciam, percutiam & ego sanabo, & qui so-*  
*lus vita & mortis habet potestatem, quod be-*  
*ne advertit Covarruvias l. 1.p.3.n. 8. ubi di-*  
*cit: mutilationem membra alicuius homicidio*  
*comparari & aquipollere, ut quemadmodum*  
*hominem occidens dubio procul irregularis est,*  
*ita & irregularis erit, qui hominem membro*  
*mutilavit: idem probatur ex c. 1. de clericis*  
*pugnantibus in duello, cap. in Archiepiscopatu-*  
*m raptori. c. clericus, ne clericu vel monachi.*

T 6      Articu-